

**Serenissimi Principis Ac Domini Domini Friderici Landgravii Hassiae, ... Cvm ...
Domina Maria Avgstissimi Et Potentissimi Magnae Britanniae Regis Filia
Fortvnatissime Initvm Conivgivm Solemni Gratvlatione A. D. XIX. Ivlii An.
MDCCXL In Ivleo Maiori Pvblico Nomine Devotissime Celebrandvm Indicit
Proreector Et Senatvs Academiae**

Helmstadii: Schnorrius, [1740]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn831854030>

Druck Freier  Zugang




~~Oswald Weigel~~
Antiquarist & Auctions-Institut
Leipzig, Königstr. 1.

1103
wapp. coll. 5.9.11.

St. /
2 inv.

A215




(Hessen)

R-1135

AK: 00 F.





Index Scriptorum in hoc Volumen
mine contentorum

- 1.) Frau - agn. Dorothea Augustinae Cunigridis in Eius hyspani, quae fratre suo magistrin in Hispania, apud professorum suorum etiam in Hispania etiam apud professores, nunc. Hamm. Cigal, cum Baldu. Mentzer. Crishna. Phys. 1862.
- 2.) Programma Tubingense cum Joh. Ulr. Pregeri nomine Academia Panegyrica in memoriam Ludovici VI. Landgravii Hassiae Tubingæ. 1878.
- 3.) Samuelis Andreae nomine Academia Marsurgensis. Oratio Panegyrica in Carolum Hassiae Landgravium, cum Carmine Academia Genethliaco. Marsurgi 1890
- 4.) Caroli Lucae Panegyris in Carolum

1.

1. Hassia Landgraviū & ejus natalem quadragesimum quintum. Gintellii 1698.
2. Jean Phil. Lāu Panegyris in nuptias Friderici III. Landgravatus Hassia heredis & Ludovicæ Dorotheæ Sophiae Regie Brandenburgæ Principis. Berolini 1700.
3. Ludov: Grey: Ditsch Panegyricus Funeris in memoriam Dorotheæ Charlotte Hassia Landgraviae natæ e domo Knoldina. Giesse 1605.
4. Ernest: Ludow: de Gemmingen Panegyricus Ernesto Ludovicio Landgraviō Hassia dictus Giesse Hassorum 1705.
5. Elegie sur la mort de Louise Dorothee Sophie Princesse Royale de Prusse Herrin d'arr de Westen Cassel décrétée à Cassel 16 Nov: 1705.

91

- 9.) Castrum Doloris Georgio Landgraviis
Hassia in Expugnatione Barcelona
eiusdemq. Fortalitiis Non suis mortuo
positum a Justo Eberhardo Passern
Darmstadii 1708.
- 10.) Christoph. Arnold de Voigt Oratio Pa-
negyrica Hassiae iuventutis Prince-
psibus dictus, eum Programmate Ac-
ademico & Carminibus Giesjæ Hassorum
1707.
- 11.) Programma giesense in nativitatem
Ludovici Hassiae Principis. Giesjæ
Hassorum 1720.
- 12.) Frid. Herm. Zoll & Soh.¹³ Nic. Gun-
ci nomine Academie Bintelensis
Orationes Funebrae Panegyrici in
memoriam Caroli I. Hassiae Land-
gravi.

gravii eum Programmate Academicō. c. p. m.
Hintelk 1730.

14. 13.) Christoph. Frd. Fürmanni Volum Occasio-
ne Connubii Maximiliani & Friederice Char-
lotte Principum Hassia 1720.

15. 14.) Epusdem Luctus in funere Principis Her-
editaria Hasso-Darmstadiæ Data Comi-
cis & Heredis Hanovia. Giesse 1726.

16. 15.) Christiani Brueckhauppii nomine Ade-
mia Julia Gratulatio Solemnis in nuptiis
Friederici Landgravi Hassia Principi;
eum Carmine Academia Göttingensis
& alio Germanico c. p. m. Helmst.
1740.

SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

F R I D E R I C I

LANDGRAVII HASSIAE, PRINCIPIS HERSFELDIAE,
COMITIS CATTIMELBOCI, DECIAE, ZIEGENHAINAE,
NIDDAE, SCHAVMBVRGI, RELIQA;

CVM
SERENISSIMA ET CELSISSIMA PRINCIPE AC DOMINA
DOMINA

M A R I A

AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE
REGIS FILIA

FORTVNATISSIME
INITVM CONIVGIVM
SOLEMNI GRATVLATIONE
A. D. XIX. IVLII AN. MDCCXL
IN IVLEO MAIORI
PVBLICO NOMINE DEVOTISSIME
CELEBRANDVM
INDICIT
P R O R E C T O R
ET SENATVS ACADEMIAE.

HELMSTADII,

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII ACAD. TYPOGR.

ACADEMIAE IVLIAE
PRORECTOR ET SENATVS
CIVIBVS SVIS

S.



uod feliciter eueniat Magnæ Britanniæ, feliciter itidem Hassiæ, atque vniuersæ Germaniæ! crastino die Academia IVLIA publice deuotissima gratulatione prosequetur auspiciatissimum coniugium, quod coelesti summi Numinis fauore Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICVS, Landgrauius Hassiæ, Princeps Hersfeldiæ, Comes Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhainæ, Niddæ, Schaumburgi & reliqua, cum Serenissima & Celsissima Principe MARIA, Augustissimi Magnæ Britanniæ Regis, Domini GEORGII II. filia, natu quarta, inter faustissimas procerum, & utriusque populi acclamations, inter principum, populorum, & nationum commune gaudium participantium, congratulationes consummauit feliciter. Quæ solemnitas tanto religiosius & sanctius a nobis peragenda est, quo maiores sunt vtilitates, quas e tam fortunato connubio sperare nos iubet diuina benignitas. Visa enim est elapsis proxime annis, quæ in humanis rebus dominatur, fortuna, ac si voluisset se a finibus Magnæ Britanniæ paullisper subducere; dum hinc atque inde infesta apparuere omina, quæ cordatis metum incutiebant, ne tristiora tam potenti regno fata imminerent. Triennium nondum plene effluxit, cum florentissimum regnum optima sua gloriosissimæ memoriae regina CAROLINA priuaretur, eiusque præmatura morte in grauissimum coniiceretur luctum. Quid vero ei vñquam accidere poterat acerbius, quam cum se orbatum videret tanta Principe, quæ, quoad vixit, inter omnes sexus sui heroinas pietate, sapientia, eruditione, clementia, aliisque virtuti-

virtutibus paucas habuit sibi similes. Neque ex hoc squalore
& tristitiae statu penitus emerserat, cum noua tempestas coelum
eius densissimis rursus nubibus obduceret, & funestissima quæque
minitaretur. Causæ tanti mali erant Hispanorum inuidia, su-
perbia, atque avaritia: quibus quasi furiis quibusdam in transuor-
sum agitati damnum, quod Britannorum commercio maritimo
per complures annos intulerant, resarcire noluerunt, sed repudiatis
omnibus æquissimæ pacis conditionibus, melius rebus suis con-
sultum iri sibi persuaserunt, si litem exortam bello non minus
iniusto, quam cruento componerent. Dimicatum hinc ab
vtraque parte acriter & fortiter, multumque sanguinis iam cum
magna locorum, nauium, atque opum ruina effusum; & licet
Britanni iam aliquoties feliciori successu pugnauerint, quam in-
flatus hostis: nondum tamen huius ira penitus deferbuit, & ma-
lorum illorum, quæ crudele hoc bellum vtriusque regni incolis
attulit, frustra adhuc desideratur finis. In mediis vero hisce tur-
bis ecce! quæ coeli est benignitas, ex improviso accidit, vt a
tam feroci inimico inquietatum Magnæ Britanniæ regnum cum
inlyta & antiquissima Domo Hassorum Cassellana dulcissimo a-
moris foedere copularetur, & in unam coalesceret societatem,
non infelici augorio, Britones propitium habere Dei Numen, &
non procul amplius abesse exoptatae, & diu iam desideratae pacis
tempora. Neque tamen ex sola hac præsignificatione futuræ
cuiusdam tranquillitatis omnia, quæ fortunatissimum hoc matri-
monium promittit, metienda sunt emolumenta: sed ex vero,
& prout sunt, magni aestimanda. Quantus enim, quæso, ex-
inde ad vtriusque domus potentiam & augendam & amplifican-
dam in posterum accedet cumulus? quantum in vtriusque po-
tentiae coniunctione ecclesia Protestantium inueniet præsidium?
quid de aliis etiam commodis, quæ in communis patriæ nostræ
h. e. Germaniæ salutem potissimum vergunt, nunc dicamus? quæ
omnia tamen hoc unico tantum iucundissimæ societatis vinculo,
cuius fundamentum amor Serenissimæ nostræ MARIAE est, in-
ter se connectuntur, copulantur, implicantur, firmantur. Quæ
cum ita sint, nostrum est, vt felicitatem hanc, quam Deus his ex-
ulceratis temporibus nobis clementissime concessit, grato agno-
scamus animo, modisque caueamus omnibus, ne tanto beneficio


nosmet

nōs met ipsos reddamus indignos. Præeunt nobis hac in re Au-
læ ipsæ vtriusque Celsissimæ domus, & suo laudabilissimo exem-
plo ad hoc gratitudinis officium alacriter nos excitant. Quis
enim ignorat, quæ haud ita pridem Londini publice sint gesta?
quis nescit, quæ iam Castellis agantur? quæ vota pro Serenissimo-
rum Sponsorum salute suscipiantur? quæ gratulationes, qui plau-
sus audiantur? quæ solemnitates instituantur? quomodo omnia
cantibus, cymbalis, & tripudiis repleta sint, & in incredibilem re-
soluantur lætitiam? in tanta officiorum, quæ sub hoc tempus
fiunt, solemnissima concertatione non conuenit IULIAE nostræ
silentium, sed æquum piumque est, vt plaudentium turbæ se
admisceat, & nihil, quod ad augenda hæc gaudia aliquid con-
ferre potest, prætermittat. Faciet igitur, quod suum est, die
crastino hora X., quando interprete oratore suo, viro amplissi-
mo, CHRISTIANO BREITHAVPTO, panegyrica oratione, qui-
que suauiores hanc reddet, musicorum concentu sua de faustis-
simis Serenissimorum Principum nuptiis concepta gaudia deuotis-
sime declarabit, vota simul pro noui huius coniugii incolumente
solemnissime nuncupatura. Quum vero dicendi argumentum
sit laus optimorum Principum, a quorum salute nostra quoque
dependet: speramus, fore, vt ILLYSTRISSIMI DOMINI COMI-
TES, Honoratissimi bonarum litterarum FAVTORES atque HOSPI-
TES, & genere pariter ac doctrina præstantissimi CIVES a se & sua
sponte solemnem hanc panegyrin sua præsentia cohonestent, &
cum publicis votis, quæ pro salute Serenissimorum Coniugum,
& pro perpetuo vtriusque Serenissimæ & Potentissimæ Domus,
tam GVELFICAE, quam HASSIACAE flore suscipientur, & ad-
figentur, suas quoque preces ac suspiria pie & deuote coniungant.

P.P. in Academia Regia & Ducali IVLIA a.d. XVIII. Iulii

A. O. R. cIɔ Iɔ ccXL.





43 18

30.-

~~6925
cat.~~

B 6 u 14 1966 F.

Hst of

D S W A L D V E L G E L
B E R L I N - E C H T E R M A R K
L e i p z i g , K o n i g s g a s t . 1

Der muntre, tapfre Prinz, ein Feind von langen Hoffen,
Des Liebe Meer und Land zeithero unterbrach,
Freut sich, daß nun sein Wunsch in so weit eingetroffen,
Dß nach der langen Nacht sich zeigt der guldne Tag;
Da Er, was der Geist umfangen
Mit so brünstigen Verlangen,
Dessen Feuer, dessen Gluth
Dämpft kein Meer, loscht keine Fluth,
Endlich in die Arme fasset, als ein unschätzbares Guth.

So groß mein Hosen war, spricht Er, wars doch zu wenig,
Wenn Ich, den hohen Schatz damit vergleichen soll,
Den Mir der weise Fürst, der Britten grosser König,
Jetzt sendet zum Gewinn, und meiner Liebe Zoll:
Was vor Dank soll ich Ihm geben?
Wie soll Ich verbunden leben?
Carolina, Deinem Geist
Wird kein Opfer, wie es heist,
t nach Würden angezündet, wenns auch Gold und Weyrauch
speist.

Catten, meinem Volk, und der Cherusker Sprossen,
Sunt dieses Glückes Strahl den allerschönsten Tag;
Venn der Himmel sonst der Pallas Bild gegossen,
Id es noch Troja schenkt, da me kein Wohl gebrach;
Dis Palladium soll Hessen
Chren, und niemahl vergessen,
Dß es ein Geschenke sey,
Dß der grössten Lieb und Treu
würdig, denn es bringet dir die guldne Zeit herben.

Musen, welche sich am Leine-Fluß ergözen,
enn sich ihr stiller Geist ins Alterthum vergräbt,
Monen sich dies Band zu jenem hinzusezen,
Heinrich recht vergnügt mit Adelheid gelebt,
Da das Glück auf guldnen Wagen
Hessen damahls hat getragen;
Da ixt Cassels Friederich
Liebt Mariam inniglich,
sein Hoff ein solches Eden, und sein Land ein Seegens-Strich.

